Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

publica penitendo ubi meruerunt. ee. deuota; Qui etiam siquid bonitatis gratuita largiente fecero quo finem haec faciam quae ante districtione pensentur ignoro. LXXII

Lccxvi II m.cxvi m.cvi

Afferebant autem ad illum etiam infantes ut eos tangeret. quod cum uiderent discipuli increpabant illos.

Et haec humilitatis magisterio lectio plenamicat. Que uidelicet innocentes ac simplices ad dni gratiam pertingere posse demonstrat. Increpabant autem offerentes discipuli non quo nolent infantes saluatoris et manu et uoce benedici. Sed quoniam cum habentes plenissimam fidem putarent eum Insimilitudinem hominum offerentium in postuitate lassari.

Jhs autem conuocans illos dixit. sinite pueros uenire ad me et nolite eos uetare talium est enim regnum dei.

Significanter dns talium non istos ut ostenderet non ita et regnare sed mores et his quisimile haberent innocentiam et simplicitatem premium repromitti. Apto quoque in eandem sententiam congruente. fis. Nolite pueri fieri sensibus sed malitia paruuli estote. sensu autem ut perfecti sitis.

Lccxvii II. m.cxvii m.xcviii

Amen dico uobis. quicumque non acceperit regnum dei sicut puer non intrabit in illud.

Sicut puer non perseuerat in iracundia non lesus meminit non uidens pulchritudinem mulierem delectatur. non aliud cogitat aliud loquitur. Sic et uos nisi talem habueritis innocentiam et animi puritatem regnum celorum non poteritis intrare. Nec regnum dei id. est doctrinam euangelii sicut puer accipere iubemur. Quia puer in discendo neque contradicit doctoribus neque rationes et uerba componit aduersum eos resistens sed fideliter suscipit Quod doceatur. et cum maxima obtemperet et quiescit. LXXIII

Lccxviii II m.cxciii m.cvii

Et interrogauit eum quidam princeps dicens. magister bone quid faciens uitam aeternam possidebo.

Audiens credo iste princeps a dno tantum eos qui puerorum uelint. ee similes regnum dei intrare eos atque ideo tristatus cestioris sollicitus poscit sibi non parabolam sed palam quibus operum meritis uitam aeternam consequatur.

Dixit autem ei ihs. quid me dicis bonum. Nemo bonus nisi solus ds.

Quia magistrum uocauerat bonum et non dm ut dei filium confessus erat discit. Quia uisse eum hominem comparatione dei non ee bonum de quo dicitur. Confitemini dno qnm bonus. Solus autem ds bonus non pater solus intelligendus. e. sed et filius quidicit. Ego sum pastor bonus. Sed et sps scs quia pater de celo dabit spm bonum petentibus: se. to. e. ipsa una et indiuidua trinitas. Pater et filius et sps scs solus et unus ds bonus. e. Non igitur se bonum dns negat sed. ee. dm significat non se magistrum bonum non. ee. sed magistrum absque deo nullum bonum. ee. testatur.

Mandata nosti. Non occides. Non moechaberis. Non fur tu facies. Non falsum testi